

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis S. R. E. Cardinalis Bona Opera Omnia**

Tribus Tomis comprehensa

De Divina Psalmodia, Ejusque Causis, Mysteriis, Et Disciplinis, deque variis  
Ritibus omnium Ecclesiarum in psallendis Divinis Officiis, Tractatus,  
Historicvs, Symbolicvs, Asceticvs. Sive Psallentis Ecclesiae Harmonia -  
Opus novum, & curiosum, ac multiplici eruditione illustratum ... Operum ...

**Bona, Giovanni**

**Parisiis, 1678**

Index Carminum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9929**

## CAPITUM.

- Evagationes involuntarias nullum orationi detrimentum  
inferre.* 704
- §. 7. *Quid sit Devotio, qui ejus effectus, & efficacia. Tum  
novem documenta ingeruntur ad eam comparandam, &  
conservandam.* 708
- §. 8. *Quae sint impedimenta devotionis. Interioris, & ex-  
terioris hominis pugna, & humanae calamitatis deplora-  
tio. Oratio ad impetrandam gratiam devotionis.* 716

## C A P . X X .

De variis Sanctorum exemplis ad divinum Officium  
pertinentibus.

- §. 1. *E Xemplorum magnam esse vim ad vitam recte in-  
stituendam.* 723
- §. 2. *Exemplorum Decades quatuor.*
- §. 3. *Operis clausula, & pro ea gratiarum actio.* 745

## INDEX CARMINUM.

- Metrum. I. *Nitium operis cum invocatione superni au-  
xilii. Versus heroicus exameter solus, ut a-  
pid Boëtium, & Martianum Capellam.* Pag. 1.
- Metr. II. *Adversus Atheos Scazon, quo paßim omnes  
Epigrammatographi utuntur.* 14
- Metr. III. *Enthusiasmus, & dicendorum propositio. Ver-  
sus exametri heroici.* 53
- Metr. IV. *Affectus erga Christi Passionem. Ode, Di-  
colos Distrophos : primus versus est exameter heroicus,  
secundus senarius Iambus ut apud Hor. ep. od. 16.* 60
- Metr. V. *De brevitate vita, Ode, Tricolos tetrastrrophos.  
Duo primi versus sunt Alcaici Dactylici ex Penthemis-  
mere Lambica, & duobus dactylis : Tertius est dimeter  
Iambus Hypercatalecticus: Quartus constat ex duobus da-  
ctylis, & duobus trochaeis, ut apud Horat. l. 1. od. 9.* 66
- Metr. VI. *De horis & horologiis. Elegia prima.* 89
- Metr. VII. *Noctis Encomium, Ode, Dicelos tetrastrrophos.*

## INDEX CARMINUM.

- Tres primi versus sunt Asclepiadei: Quartus Glyconicus, ut apud Horatium l. 1. od. 6. 124
- Metr. VIII. Potentia Amoris in nocte, & somnium, atque apparitio Sapientiae. Elegia secunda. 134
- Metr. IX. Laus Aurora. Carmen Anacreonticum, quae post Anacreontem festivissime utuntur Martianus Cappa, Prudentius, & Sidonius Apollinaris. Primus pes est Iambus, Spondeus, vel Anapestus, sequuntur duo Iambi, & syllaba. 153
- Metr. X. Invitantur omnes creature ad cantandas Dea laudes. Ode, Dicolas tetrastrophi. Tres primi versus sunt Dactylici Alcmanii, & constant ex spondeo, dactylo, & cæsura: deinde dactylo & spondeo. Quartus est Pherecratus ex spondeo, dactylo & spondeo. Hanc compositionem, sive ut loquitur Terentianus Maurus, hanc compaginem & concinnationem, quæ versus alternat, apud neminem vidi. Usus sum ego primus haud invenustè. 164
- Metr. XI. Describitur Orsus Solis. Versus Glyconici, ut apud Senecam & Boëtium sàpè. 167
- Metr. XII. Oratio ad Christum. Ode, Dicolas tetrastrophi. Tres sapphici cum Adonio, ut apud Horat. lib. 1. od. 2. 189
- Metr. XIII. Enthusiasmus ob Adventum Spiritus sancti. Ode Dicolas distrophos. Glyconicus cum Asclepiadeo, ut apud Horatium, lib. 1 od. 3. 192
- Metr. XIV. Describitur Adventus Spiritus sancti. Ode Dicolas distrophos. Primus versus est exameter heroicus. Secundus est dactylicus trimeter hypermeter ab exordio constans primo ex una syllaba longa, vel duabus brevibus, deinde ex tribus ultimis pedibus versus heroici. Utuntur hac compositione Lyrici recentiores. 203
- Metr. XV. Verus Sol est Deus. Ode, Dicolas distrophos. Sapphicu cum Glyconico, qua compositione utitur Boëtin lib. 2. Metr. 3. Hujus autem Metri argumentum ab eodem Boëtio acceptum est, lib. 5. Metr. 2. 210
- Metr. XVI. Affectus sponsæ, id est animæ quærenti

# INDEX CARMINUM.

- Sponsum. Elegia tercia.* 215  
 Metr. XVII. Laudatur mediocritas. Ode, Tricolos tetra-  
 strophos. Duo Asclepiadeicum Pherecratio, & Glyconico,  
 ut apud Horatium lib. 1. od. 5. 218  
 Metr. XVIII. Affectus animæ amantis erga Christum  
 Crucifixum. Ode, Dicoloſ distrophos Iambicus trimeter  
 cum dimetro, ut apud Horatium Epod. od. 1. 234  
 Metr. XIX. Comparatio antique, & noſtra etatis. Anapeſtici  
 dimetri, quibus utuntur Seneca, Boëtius & alii. 246  
 Metr. XX. Rerum viciſitudo. Ode, Dicoloſ distrophos.  
 Tetrameter dactylicus cum penthemimere dactylica, qua  
 compositione utitur Ausonius. 253  
 Metr. XXI. Invitatio ad lacrymas. Elegia quarta. 258  
 Metr. XXII. Pax ubi invenienda. Phaleucii Hendecasylla-  
 bi, ut apud Boëtium, Martialem & alios. 266  
 Metr. XXIII. Sicut Sol, ita & homo vix natus vergit ad  
 finem. Ode, Dicoloſ distrophos. Exameter, heroicus cum  
 dactylico tetrametro, ut apud Horat. l. 1. od. 7. 285  
 Metr. XXIV. Contemptus terre, elevatio ad cœlum, va-  
 riique affectus amantis animæ. Dithyrambus. Versus  
 Dactylici, Iambici, Trochaici, Anapestici, Choriam-  
 bici, Antipastici, Ionici, Pæonici, diversorum generum,  
 puri, & impuri; integri, & mutili; simplices, & com-  
 positi. Amat Dithyrambus genus dicendi tumidum, ple-  
 num vocum compositarum, quas Horatius sesquipedales  
 vocat plenum jocorum, & licentie. Sed ab his consultò  
 abstinui, ne luderem in re seria: solam autem libertatem,  
 & inconstantiam Dithyrambi in varietate versuum se-  
 quutus sum. 296  
 Metr. XXV. Invocatio B. Virginis Marie, Versus da-  
 ctylemi qui constant ex syllaba longa, vel duabus brevibus  
 in principio, deinde ex tribus postremis pedibus versus he-  
 roici. Utuntur his Boëtius lib. 2. Metr. 5. & Mart.  
 Capella lib. 2. 308  
 Metr. XXVI. Laudes & invocatio B. Virginis, Elegia  
 quinta. 315

## INDEX CARMINUM.

- Metr. XXVII. Conjuratio inferni , ut portas pandat  
Versus Trochaici tetrametri brachycatalepti, ut apud Se-  
necam , Prudentium, & alios. 328
- Metr. XXVIII. Mortis contemplatio, vera Philosophia.  
Ode, Dicolo distrophos. Trimeter Iambicus cum Penta-  
metro elegiaco , ut apud Boëtium l. 3. Metr. 6. 337
- Metr. XXIX. Omnia contemnenda , quia mors inexora-  
bilis est. Ode Dicolo distrophos ad instar illius Horatia-  
ne , Non ebur , neque aureum : Lib. 2. od. 18. 354
- Metr. XXX. Felicitas pœnitentis. Ode, Dicolo distrophos,  
Dactylicus trimeter hypercataleptus cum pherecratio , ut  
apud Boëtium , lib. 3. Metr. 6. 360
- Metr. XXXI. Litaniae. Ode Dicolo distrophos. Exame-  
ter heroicus cum dactylico trimetro hypercatalepto. Hac  
compositione usus sum ego primus sine ullo exemplo. 373
- Metr. XXXII. Oratio , & excessus ab humanis. Trime-  
tri Iambici. 381
- Metr. XXXIII. Divitum curæ. Odo, Dicolo distrophos,  
Asclepiadeus cum Dimetro Iambico, ut apud Boëtium  
lib. 3. Metr. 8. 385
- Metr. XXXIV. Vera felicitas. Ode Monocolos , As-  
clepiadei. Horat. lib. 1. od. 1. 389
- Metr. XXXV. Viri justi constantia. Ode, Dicolo distro-  
phos. Sapphicus cum dimetro Iambico, qua compositione  
utuntur recentiores. 398
- Metr. XXXVI. Conformatas humana voluntatis cum  
divina. Ode, Dicolo distrophos. Phaleucus hendeca-  
syllabus cum pentametro elegiaco , ut apud Boëtium lib.  
4. Metr. 4. 403
- Metr. XXXVII. Oratio Dominicalis. Ode, Dicolo di-  
strophos. Versus exameter cum Penthemimere dactylica,  
ut apud Horatium lib. 4. od. 7. 409
- Metr. XXXVIII. Mysteria fidei. Ode, Monocolos Al-  
caici dactylici , quibus utitur Claudianus in Epithala-  
mio. Constant ex Penthemimere Iambica , & duobus  
dactylis. 424

## INDEX CARMINUM.

- Metr. XXXIX. *Oratio pœnitentis ad Christum. Ode, Diclos distrophos. Trochaicus dimeter cum Glyconico. Utuntur hac compositione Lyrici recentiores.* 432
- Metr. XL. *Varii affectus amantis animæ erga sponsum absentem, & præsentem: dulcisque lucta amoris creati, & increati. Elegia sexta.* 489
- Metr. XLI. *Laudatur David, ejusque Psalmi. Ode, Diclos distrophos. Asclepiadeus cum Pherecratio, ut apud Boëtium lib. 2. Metr. 2.* 497
- Metr. XLII. *De sanctis Martyribus. Ode, Diclos distrophos. Exameter cum dimetro Iambico, ut apud Horatium, Epod. od. 4.* 545
- Metr. XLIII. *Concentus musicus in laudem Dei. Ode, Diclos distrophos. Trochaicus dimeter acataleitus cum altero dimetro catalecto, ut apud Martianum Capellam lib. 2.* 567
- Metr. XLIV. *Harmonia mundi. Ode, Diclos distrophos. Tetrameter dactylicus cum dimetro Iambico, ut apud Boëtium lib. 4. Metr. 1.* 599
- Metr. XLV. *Laudes Divi Benedicti Patris Monachorum. Ode, Diclos distrophos. Exameter cum dactylico tetrametro acatalecto, ut apud Boëtium l. 1. Met. 3.* 613
- Metr. XLVI. *Ubique Deus. Ode, Tricolos tristrophos. Exameter heroicus cum dimetro Iambico, & penthemimere dactylica. Horat. Epod. od. 13.* 671
- Metr. XLVII. *Angeli orantibus & psallentibus assunt. Elegia septima.* 678
- Metr. XLVIII. *Laudes solitudinis. Dimetri Iambici, quibus solis utuntur Ausonius & alii.* 714
- Metr. XLIX. *Amoris potentia. Ode, Tricolos tristrophos. Trimeter Iambicus cum penthemimere dactylica, & dimetro Iambico, ut apud Horat. Epod. od. 11.* 721
- Metr. L. *& ultimum. Hymnus Eucharisticus. Carmen Exametrum.* 745

NOTITIA

nec perducat ad æternam salutem.

7. Glorifico te Deus, pro primitiis gentium, & earum admirabili illuminatione, cùm eas ab oriente in persona trium Magorum ad fidem tuam secreta inspiratione traxisti.

8. Adorote, Rex Regum, cum sanctis Magis, & pro illorum muneribus offero tibi aurum paupertatis, thus obedientiæ, myrrham castitatis.

9. Utinam omnes gentes te fide viva cognoscerent, & adorarent, & tibi fideliter servirent!

10. Da mihi, Domine, horum virorum fidem & constantiam, ut eadem, qua illi, perseverantia te quæram, donec inveniam.

#### DECAS IV.

1. **V**oluisti, Domine, præsentari in templo, & more servorum quinque scilicet redimi: sit benedicta immensa charitas tua: & quia Pater tuus te mihi tradidit quinque sclorum pretio, ego vicissim trado me tibi in servum perpetuum. Fiat per gratiam tuam, ut nec tu me unquam deseras, nec ego te.

2. Benedico te, sanctissime Redemptor, quia ut nobis veræ obedientiæ exemplum relinqueres, te legalibus institutis, tanquam unus de populo subdidisti. Da mihi in omnibus perfectissimam obedientiam.

3. Offerotibi, Domine, par tur turum, geminam scilicet compunctionem; primò quidem pro peccatis, & negligentiis meis; deinde vero pro æterna felicitate, ad quam jugiter suspiro.

4. Da mihi, bone Jesu, radium aliquem illius lucis, quam sancto seni Simeoni tribuisti, cùm te infantem in ulnas suas suscepit, ut te agnoscam & amem, sicut ille te novit & amavit.

5. Sapientissime Jesu, qui sanctæ Genitrici tuæ doloris gladium, quo transfigenda erat, revelari voluisti, translige animam meam gladio compunctionis, ne me dissol-

C. Bona Opus. Spirit.

K k

vant vanæ mundi consolationes.

6. Vix natus eras, Rex amantissime, cùm subitò mundus te persequitur, & Rex Herodes statim te quærerit, ut perdat te: sicut autem te caput bonorum persecuti sunt impii, ita & membra tua Da mihi igitur hanc veritatem agnoscere, & malorum persecutions patienter ferre.

7. Tecum fugere, Jesu dulcissime, & omnia quæ mundi hujus sunt relinquere, grave mihi non erit: nam si tu mecum fueris, quid poterit mihi deesse?

8. Constatare fugientem Deum, anima mea, nec erubetce ad hanc fugam. Gloriosum est & dulce pro Dœo abjici & contemni.

6. Adesto mihi Deus, gratia tua, ut in hujus vitæ exilio, voluntati tuæ subjectus vivam, semper bonum exemplum illis præbens, cum quibus vixerim.

10. Dulcis Jesu, qui revocatus ab Ægypto, ubi exul diu fuisti, in Nazaret secessisti, & Nazaræus vocatus es: da mihi leges Nazaræorum spiritualiter observare, abstinere nimimum ab omni amore inordinato, & nihil tangere quod possit maculare animam meam.

### DECAS V.

1. **N**ihil scimus de te, ô Sapientia incarnata, usque ad annum duodecimum ætatis tuæ, & multa scimus. Ipsa enim taciturnitas tua clamat in cordibus nostris, ut silentium tuum & humilitatem admiremur & imitemur.

2. Sedisti in medio Doctorum, sapientissime Puer, interrogans prudenter, & respondens modestè, ita ut omnes mirarentur. Utinam illic adfuisse, & sermones tuos audire licuisset! Repete eos, Domine, in corde meo, ut fructu eorum perfruar in æternum.

3. O quam dolenter quæsivit te amissum mater tua, quam lætanter te invenit! Da mihi exemplo tuo in his semper esse, quæ Dei sunt, nulla habita ratione cognitionis & sanguinis: & fac, ut te absentem sollicitè semper quæram, donec inveniam.